

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Impedimentum voti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

terminatam personam, distinctam ab ea quæ præsens est.  
num.7.

56. Valide contrahitur matrimonium cum eo qui se habet  
filium Regis, non explicans cujus Regis filius sit. Simili-  
validum est matrimonium, quando non intervenit error  
sonæ, sed qualitatis. *Ibid. num. 8. & 9.*

*Impedimentum conditionis, seu servitus.*

57. Matrimonium contractum cum errore conditionis  
non est invalidum, quando persona cum qua contrahitur  
æqualis, aut melioris conditionis; unde servus contrahit  
cum serva, quam credebat liberam esse, validè contrahit.  
militer & liber contrahens cum serva, quæ contrahendit  
libera. *Ibid. punct. 3 num. 1. & seq.*

58. Error conditionis irritat matrimonium, quando condi-  
tio errantis sit deterior, ut quando liber contrahit cum serva  
quam credebat liberam. Irritum etiam est, quando liber con-  
trahit cum serva, cum qua adhuc contraheret, cognita lo-  
tute. *Ibid. num. 4 & 5.*

59. Matrimonium inter liberum & servam celebratum  
validum, si liber cognito errore copulam habeat cum serva.  
*Ibid. num. 6.*

60. Servus potest invito domino matrimonium celebrare  
cum serva, vel cum libera: non tenentur tamen domini co-  
sentire; dubitaturque an possint vendere servos in locis distan-  
tibus, in quibus servi non possint reddere debitum, maxime  
quando servi sine corum licentia matrimonium contrahant:  
non posse sine peccato mortali, asserunt Theologi; se-  
cerent enim contra ius illorum. *Ibid. num. 7. 8. & 9.*

61. Filius sequuntur conditionem matris, id est, servitutem  
quando est serva, & è contraria; nisi mater fuerit libera ex parte  
conceptionis, vel partus, & postea non fiat serva iure bellorum.  
Quando femina gravida se vendit, filius est liber, & non ser-  
vus. *Ibid. num. 10. & seq.*

62. Uxor constante matrimonio non potest se vendere ade-  
que virti consensu; secus dicendum de viro, qui non est sub-  
iectus uxori, nisi ratione debiti conjugalis. *Ibid. num. 13.*

*Impedimentum voti.*

63. Vorum solemne est illud quod emittitur in suscep-

ne factorum ordinum, vel in professione religionis : votum simplex est illud quod fit ad libitum cuiuscumque. *Ibi. punct. 4. num. 1.*

64. Votum castitatis, emissum in professione valida religionis approbatæ, dirimit matrimonium. etiam consummatum, factum post ipsam professionem, consequenter religiosus professus invalidè contrahit matrimonium. Idem dicendum de voto simplici, quod emitunt Patres Societatis JE-SU, peracto biennio. *Ib. n. 2. & 3.*

65. Professio facta in approbata religione, dirimit matrimonium celebratum ante ipsam professionem, modò matrimonium sittantum modò ratum, & non consummatum. Idem dicitur de professione Equitum militarium. *Ibid. num. 4 & 5.*

66. Facta professione ab altero ante consummatum matrimonium, conjux manens in sèculo potest cum alio contrahere matrimonium. *Ibid. num. 5.*

67. Matrimonium consummatum celebratum ante professionem, non dirimitur per sequitrem professionem; etiam si fuerit consummatum intra bimestre. Sunt qui addant & per-

sum, sed male. *Ibid. num. 7. & 8.*

68. Alter conjugum post matrimonium consummatum, videlicet professionem non emitit altero incio, vel consente per metum, dolum, &c. seclusa tamen causa perpetui divorii. Item, invalida est professio quam uterque conjux emisit credens alterum periisse. Adde, conjuges de communi consensu posse ingredi religionem post consummatum matrimonium, immo etiam unum, altero manente in sèculo, si proiecta sit ætatis, si emitat votum continentias, & Episcopus consentiat. *Ibid. n. 9. & seqq.*

69. Ingrediens religionem post consummatum matrimonium, committit adulterium, si cum alio copulam habeat. *Ibid. n. 13.*

#### *Impedimentum cognationis naturalis.*

70. Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem proximo stipite descendientium carnali propagatione contractum. *Ibid. punct. 5. §. 1. num. 3.*

71. Consanguinitas distinguitur per lineas & gradus. Nomine *lineæ*, intellige seu in seu collectionem personarum, tam ascendentium, quam descendentium. Nomine